


Perillusis VIR, Belgarum sidus,
Aurum tuum gemmas semper habet, Epistolae
delicias. Nihil suavius, nihil humanius; divi-
nae sunt, et me incredibili modo rapiunt, imò
attollunt. Quando scribis, mecum es; quando
siles, ego tecum, et virtutes tuas toto animo
veneror. Non semper impleri posse Litterarum
officium, quidni agnoscam? Ut à me potius
delicti culpam removeas, te per summam Su-
manitatem tuam rogo. A COOLSIO vero fascicu-
lum ultimum accepi, sed è filii mei MAXIMI-
LIANI manu: sic et Amicum excuso, suis forte
negotiis, quo minus excurreret, impeditum.
LANGRENI nostri nova in Caelo Terra, ele-
gantissimo Epigrammate tuo jam lucet, im-
missis ab Apolline radiis, quem divinum ingenium
tuum exprimit. Desinent, desinent naevi esse,
ubi tu splendebis. Ut perficiatur vero opus,
et ad plenum fructum veniat, quantum in me erit,
curaturus sum. Gratas fuisse MVNITIONVM
LINEOLAS, equidem gaudeo: ita nunc BRUXEL-
LAM mitto, sed SEPTENARIAM, et GRIPHI
titulo, quem Ausonius usurpavit. Lege, cense,
sed me, et MAXIMILIANVM meum ama, qui
in tuo favore vota sua collocat, siquid Com ma-
neris Diesthemii vacabit. Toparchiam Zeelsemi-
anam TIBI, TVISQVE porro gratulor,




TUTVS TVVS E. Puteanus.

Lovanii, in Arce,
V. Kal. Iulias, XV.
1646. XLVI.

Hug. 37.



Faint, illegible handwritten text in a historical script, likely Latin or Dutch, covering the majority of the page.



2

CANDIDE LECTOR,

E Tsi sedula in hoc Opere data est opera, ut errorum
 navi vitarentur; aliqui tamen, Typotheta incuriâ,
 obrepsere. Horum nonnullos ipsi sustulimus; ceteros (&
 septenos quidem) hic annotavimus, tuâ manu, si opera-
 pretium putabis, corrigendos.

- In Prophonefi, pag. 1. lineâ ultimâ, lege *quidam*, loco *quidem*.
 Ibidem pag. 2. lin. 1. transpositis litteris, scribe *terrarum*.
 Pag. 16. lin. 5. in versu Pentametro, pro *numine PALLAS*
erit, rectius *Belgica PALLAS erit*: quemadmodum paginâ 1.
 lineâ 11.
 Pag. 26. lin. 4. *Sat* muta in *Stat*.
 Pag. 32. lin. 2. *summam* in *summum*.
 Pag. 122. lin. 24. *magnifica*, in *magnificis*.
 In Applaudentium Heptade, Epigrammate V. vocabulum *se*
dimidio imminue: *se* enim genuinum est.



CANDIDATUS

In Prologo est pag. 1. linea prima. In fine loco
 ibidem pag. 2. lin. 1. transposita sunt, scilicet
 pag. 16. lin. 4. in verba Patrum, pro verba P. A. 1. 2.
 est, recte verba P. A. 1. 2. est. quod admodum pag. 1.
 pag. 26. lin. 4. est in fine in 2a.
 pag. 26. lin. 4. summa in summa.
 pag. 12. lin. 24. magis, in magis.
 In Appendixum Hebrae Epigramate V. vocabulum
 dicitur in fine: se enim genuina est.

